

Gallia, pauca canis, quia nil bibit Aurelianus.

Hinc declaratur, quia vinum versificatur.

Ebrius atque satur, sitiens non Musa iocatur.

Nil quod potet habet, elumbis Francia tabet.

Dann folgen Verse auf eine vornehme und feingebildete Dame, die leider nicht genannt ist; bemerkenswerth ist der 'sermo barbaricus' v. 19. Im Clar. fehlt die Ueberschrift, im Rem. steht:

Optimi versus metricae dictati.

|    |                                                               |                                         |
|----|---------------------------------------------------------------|-----------------------------------------|
|    | Inclita progenies,                                            | patrie flos et specialis,               |
|    | Sis michi materies                                            | in carminibus generalis.                |
|    | Te mea musa refert,                                           | mirabiliter modulando,                  |
|    | Te cunctis praefert,                                          | preconia tot numerando.                 |
| 5  | Si dea <sup>1</sup> nobilitas                                 | aut dives gloria rerum,                 |
|    | Et si simplicitas,                                            | prudencia, dicere verum,                |
|    | Possent fatata                                                | vitare pericula mortis,                 |
|    | Talibus ornata,                                               | quam posses vivere fortis!              |
|    | Omnibus est notum,                                            | quantum sis dives avorum,               |
| 10 | Non valeo totum                                               | genus enumerare virorum.                |
|    | Pre cunctis apta                                              | rebus, si nata fuisses,                 |
|    | Coniuge pro capta                                             | scio Grecia non doluisset.              |
|    | Sed quamvis alii                                              | te raptam Phryge <sup>2</sup> dolerent, |
|    | Te tamen imperii                                              | regalia sceptr <sup>3</sup> decerent.   |
| 15 | Diceris et merito                                             | regali digna corona,                    |
|    | Cuius dextra cito                                             | tribuit largissima dona.                |
|    | Lectio Nasonis                                                | non te latet o veneranda,               |
|    | Sed neque Platonis                                            | sententia vera probanda <sup>4</sup> .  |
|    | Tu quoque barbarico                                           | nostri sermone profari:                 |
| 20 | Ordine mirifico                                               | didicisti versificari.                  |
|    | Sed michi da veniam,                                          | vacuantur sanguine vene.                |
|    | Cum iam deficiam,                                             | non possum psallere plene:              |
|    | Victa iacet mea mens,                                         | ingentes movimus actus,                 |
|    | Redditus est amens                                            | animus meus et stupefactus.             |
|    | Dann auf S. 245 folgende Verse, im Rem. mit der Ueberschrift: |                                         |

Versus de patre et filio et spiritu sancto.

Est summi natura boni super omnia simplex.

Hec<sup>5</sup> eadem pater est, genitus bonitas utriusque.

Est tantus pater, aut natus donumve duorum,

Quantus cum patre filius est, et spiritus horum.

5 Ergo triplex minime Deus est, sed trinus et unus,

Ergo non triplicem triplicans falso triplicasti.

Scripta negant et sana fides, semperque negabunt,

Multiplicem, triplicem duplumve Deum fore nostrum.

1) Sic! 2) 'Phryge' Rem. 3) 'ceptra' Rem. 4) 'probari' Rem.  
5) 'Nec' Rem.